Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



meum tu aut ambulasti in uia ieroboam et peccare fecisti plebem meam israel ut me irritares in peccatis eorum et ecce ego de metam posteriora baasa et posteriora domus eius et faciam domum tuam sicut domum ieroboam filii nabath quia mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedent eum canes et qui mortuus fuerit ex ea in regione comedent eum uolucres celi reliqua autem sermonum baasa et quaecumque fecit et potentia eius nonne hec scripta sunt in uerbo sermonum dierum regum israel dormiuit ergo baasa cum patribus suis et sepultus est in thersa et regnauit ela filius eius pro eo cum autem in manu hieu filii annani prophete uerbum domini factum esset contra baasa et contra domum eius et contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum ut fieret sicut domus ieroboam ob hanc causam occidit eum ergo fuit hieu filium annani prophetam. Anno xxvi osa regis iuda regnauit hela filius baasa super israel in thersa duobus annis et rebellauit contra eum seruus suus zamri dux medietatis equitum erat autem hela in thersa bibens et ebrietatis in domo arsa prefecti thersa. irruens ergo zamri percussit et occidit eum anno xxvii osa regis iuda regnauit et pro eo. Cumque regnasset et sedisset super solium eius percussit omnem domum baasa iuxta uerbum domini quod locutus fuerat ad baasa in manu hieu prophete propter uniuersa peccata baasa et peccata hela filii eius qui peccauerunt et peccare fecerunt israel provocantes me dominum deum israel in uanitatibus suis reliqua autem sermonum hela et omnia quae fecit nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum israel. Anno xxvii osa regis iuda regnauit zamri septem diebus in thersa porro populus obsidebat gebethon urbem philistinorum cumque audisset rebellasse zamri et occidisse regem fecit sibi regem omnis israel zamri qui erat princeps in castris super israel in die illa in castris. Ascendit ergo zamri et omnis israel cum eo de gebethon et obsidebant thersa. Videns autem zamri quod expugnanda esset ciuitas ingressus est palatium et incendit se in domo regia et mortuus est in peccatis suis quae peccauit faciens malum coram domino et ambulans in uia ieroboam et in peccato eius quo fecit peccare israel reliqua autem sermonum zamri et mali diarum eius et omnia quae fecit nonne hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum israel. Tunc diuisus est populus israel in duas partes media pars populi sequebatur thebni filium gneth ut constituerent eum regem et media pars zamri. Praeualuit autem populus qui erat cum zamri populo qui sequebatur thebni filium gneth. Mortuus quoque est thebni et regnauit zamri anno xxxi osa regis. regnauit zamri super israel duodecim annis in thersa regnauit sex annis. emitque montem samarie a somer duobus talentis argenti et edificauit eum et uocauit nomen ciuitatis quae exstruxerat nomine somer id est montem domini montem samarie. Fecit autem zamri malum in conspectu domini et operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum ambulauit quoque in omni uia ieroboam filii nabath et in peccatis eiquibus peccare fecit israel ut irritaret